deat. Pꝛedicta vera, ſi conditio ſit adiecta in fauoꝛem filij, qꝛ tunc
datur illa que eſt iuris: alias ſecus, vt no. doc. in l. filijs matrem.
4 C. de inoff. teſta. dic vt ibi per Iac. de Are. ¶ Hic dicitur, † ꝙ de
ficiente conditione bo. poſ. ſecundum tabu. conuertitur in cõtra
c tab. quero, vtrum[c] hoc ſit verum indiſtincte, ſiue filius ſit inſtitu-
tus, ſiue exheredatus in defectum conditionis? Quidam in vlti.
gl. videntur dubitare. Sed ergo credo id, quod dicitur hic in gl.
eſſe verum: quia ſi conditio deficit, ſiue alius ſit inſtitutus, ſiue nõ
poteſt peti contra tabulas: quaſi tale teſtamentum ſit, ex quo po
tuit adiri hereditas, quia illud eſt verum pendente conditione ab
alio, quam ab illo. Sed ſi potuit filius adire, tunc non datur bo.
poſ. contra tab. Et ideo dicit, ꝙ quia alius inſtitutus erat, debet
peti concurſu cum filio preterito, ⁊ ideo cõuertitur in cõtra tab.
5 ¶ † Quero, vtrum quando fit iſta conuerſio, ſit neceſſaria noua
petitio, vel agnitio? Certe non, l. iij. §. ſi ſub ea conditione. ſ. de con
tra. tab. ibi dum dicit, accepiſſet, in preterito tamen nõ arbitroꝛ,
ꝙ eſſet male dictum, ſi de nouo petatur. ¶ Vltimo ſcias, ꝙ hic §.
habet locum, quando fit exiſtente conditione ſine dubio, quia de
bet dari heredi ſcripto. Sed ſi eſſet dubium, quia haberet alium,
cui faceret partem per concurſum, tunc dic vt dicemus. ĩ. eadem
l. §. ſi quis ita.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si ſub conditione. Vide Imo. ⁊ ibi Barto. in l. ſuus
quoqꝫ. de here. inſtitu. circa pꝛin. dubitaui alias, ⁊ ſcriptum non
inuenio an iſta poſ. ſecundum ta. habeat locum in coherede dato
ſub conditione, alio pure inſtituto in totum, ⁊ non reperio text.
qui de hoc loquatur, ⁊ videtur ꝙ non: vnde iſto caſu heres inſti-
tutus pure, pendente conditione habetur pꝛo herede inſolidum.
vt per docto. in l. ij. ſ. ſi pars here. pe. ſi datum eſt vni a teſtatoꝛe,
iure alteri denegatur interim, cum ſit pꝛouiſum de herede, ⁊ ad-
miniſtratoꝛe, facit l. ſi inter me ⁊ te, de excep. rei. iu. ĩ. in l. ſi quis cũ
procuratoꝛio. §. fin. ſ. de procu. ⁊ expꝛeſſa pꝛouiſio teſtatoꝛis, fa-
cit ceſſare tacitam pꝛouiſionem. l. fin. C. de pac. conuẽ. vide tamen
glo. in l. iij. §. ſi quis ex liberis in verſi. condit. ſ. de contra tab. ſed
illa gl. poſſet intelligi quando ille coheres pure inſtitutus, fuiſſet
inſtitutus in parte tantum, quod nota.

AND. BARB. ¶ Et no. caſum in quo bonoꝛum poſſeſſio ſecun-
dum tabulas eſt neceſſaria. Tu vide alios ſm Bald. in l. certum.
C. vnde cognat. vbi multos enumerat.

b POMA. ¶ Dicitur hic. Et ratio, quia non dicitur omnino pre-
teritus niſi quo ad quid. iſta eſt glo. valde peregrina in l. ſi pater.
C. de inſti. ⁊ ſubſtit. ⁊ l. ſuus quoqꝫ. ff. de here. inſti. vide Ange. in
l. filio preterito. ff. de iniu. teſta.

c ALEX. ¶ Quero vtrum. Vide quod nota Bartol. ⁊ Bald. in l.
ij. C. de ſac. edic.

§. Pꝛo qua. Vidiſtis ſ. quo tempoꝛe petatur bo. poſ.
ſecundum tabu. nũc ſequitur videre pꝛo
qua parte petatur. ¶ Glo. oppo. ⁊ videtur, quod interim debeat
tota petitio vniri, argumẽ. ĩ. de aſſign. lib. l. ſub cõditione. §. j. ⁊ l. ex
ſemiſſe. de acquiren. here. Iſta queſtio eſt multum difficilis, ideo
examina plene in l. ij. ſ. ſi pars here. peta. ⁊ dixi ſ. de lega. j. l. plane
vbi. §. ſi coniunctim.

§. Si pꝛimus. Ratio dubitandi erat, quia videtur
ꝙ debeant coniungi: qꝛ ſi ille eſt in-
ſtitutus intra xiiij. annos: ergo intra decem: quod hic remouet.

Pꝛo hoc ſ. de vulga. ⁊ pupil. ſubſti. l. ex facto. §. item quero.

§. Si quis ita ſcripſerit. Op. ꝙ tertius
non admittat,
quia non eſt inſtitutus pꝛimo loco, vt ſ. pꝛoxi. §. Sol. inſpicimus
mentem, ſecundum quam pꝛimo loco eſt inſtitutus, non autem
inſpicimus oꝛdinem ſcripture. Vide gl. in verb. pꝛioꝛes. que inci-
pit, ex gradu, ibi, licet ſit ar. cõtra. dic vt ibi. Nam ille §. debet in-
telligi ſecundum iſtum, vt non conſideremus oꝛdinem ſcripture:
ſed mentem, ⁊c. vt in l. ſi quis inſtituatur. de here. inſti.

§. Si quis ita inſtituerit. Dicitur hic,
bonoꝛum au
tem poſſeſſionem, ⁊c. contra, imo pendente conditione poteſt peti
bon. poſſeſſio, vt ſ. ea. l. §. ſi ſub conditione. Dicit gl. ibi de bo. poſ.
que eſt facti: hic iuris. Truffa eſt. Alij dicunt, ꝙ non poteſt ita,
quin poſſit reuocari. Truffa eſt etiam. Alij dicunt, ꝙ hic ⁊ ibi po
teſt peti ea, que eſt iuris, ⁊ quod dicit hic, non peti, ſcilicet, irre-
uocabiliter. Tu dic, ꝙ ibi loquitur, ꝙ exiſtente conditione vnus
ſolus vocatur, tunc enim ille in poſſeſſionem mittitur: hic autẽ ex
exiſtentia conditionis incertum eſt quis vocetur, ⁊ ideo non po-
teſt fieri miſſio in poſſeſſionem. Non enim poſſumus dicere qua-
re magis vnus frater, quam alius in poſſeſſionem mittatur, quia
non ſunt inuicẽ inſtituti, nec per concurſum faciunt partes. Sed
ſi eſſet vnus inſtitutus alius ſubſtitutus, tunc inſtitutus pen-
dente conditione mitteretur in poſſeſſionem: quia hec fuit volun
tas defuncti, vt inſtitutus ſubſtituto pꝛeferatur.
1 ☞ Subſtitutus ſi pꝛefertur coniuncto, conditione ceſſante, con
iunctus admittitur.

a §. Si duo. [a] Si † ſubſtitutus pꝛefertur coniuncto, condi-
1 tione ceſſante coniunctus admittitur. h.
In hoc ver. no. duo. Pꝛimo no. quod dixi in caſu, ⁊ plene dixi in
l. re coniuncti. ſ. de leg. iij. Fallit quandoqꝫ propter pꝛeſumptam
voluntatem defuncti, l. quidam teſtamento. ſ. de vulga. ⁊ pupil. ⁊
2 ibi tetigi. Secundo no. † ꝙ poꝛtio accreſcit ſine noua petitione,
de quo habuiſtis plene in l. ſed cum patrono. ſ. de bo. poſ.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Si duo. Amplia etiam ſi ſit ſubſtitutio omnino taci
ta. Ita Bal. in l. fin. xxxiij. q. C. de here. inſtit. quem Alexan. ſequi
tur in l. fin. in j. col. C. de inſti. ⁊ ſubſtitu.
1 ☞ Monachus ſi fuit heres inſtitutus, ⁊ tranſiuit ad aliud mo
naſterium cui acquirat.

§. Si ſeruus. Dicitur hic ꝙ tranſit ad nouum do
minum. Contra, imo videtur ꝙ apud
pꝛimum debeat remanere, quia inſtitutus videtur eius contem-
platione. l. cum aliquis. C. de iure delibe. Gloſ. hic in verb. iuſſit,
fatetur contrarium, quia licet domini noui iuſſu acquirat, tamen
pꝛimo tenebitur reſtituere per condictionem ſine cauſa: ſicut in
ſeruo fructuario, vel bona fide poſſeſſo. ita dicit gloſ. Fateoꝛ, ꝙ id
quod glo. dicit, ꝙ reſtituat ei, cuius cõtemplatione eſt inſtitutus,
a debet referri ad caſus poſitos in glo. [a] ſcilicet ad ſeruum fructua-
rium, vel ad bona fide poſſeſſum, non ad caſum de ſeruo alienato,
quia debet imputari domino alienanti, vt videatur alienare cum
omni cauſa: vnde apud emptoꝛem eſt, cum cauſa, non ſine cauſa.
¶ Item dicitur hic, quod hereditas debetur nouo domino. Con
tra, imo domino antiquo. l. ſi poſt. §. fin. ſ. quando dies lega. ced.
l. que legata. ĩ. de regu. iur. Sol. Aliud in legato, aliud in here-
tate. Ratio, quia in legato inſpicitur tempus moꝛtis, ſed in here
ditate tempus adite hereditatis. Sed quid in fideicommiſſi
reſtitutione. Glo. videtur dicere idem quod in hereditate. Sed
te, in fideicõmiſſo eſt idem quod in bo. poſ. vel in hereditate, quo
ad ea que ponuntur in l. ſeruo inuito. ad Trebell. non quo ad ea
que hac lege dicuntur. Nam fideicommiſſum vniuerſale queritur
domino, inuito ſeruo, vt dicam in d. l. ſeruo. ⁊ ante reſtitutionem
tranſmittitur, vt not. plene in l. apud Iulianum. §. Antiſtia. ſ. ad
Treb. ⁊ ſic non poteſt dici idem quod in bo. poſ. vel in hereditate,
quantum ad caſum noſtri. §. ſed eſt idem quod in legato: ⁊ hoc te
1 ne menti, quia eſt vtile: quia † ſi aliquis [b] monachus fuit heres
b inſtitutus, vel aliquid ſibi relictum, ⁊ tranſiuit ad aliud mona-
c ſterium, certe ex pꝛedictis apparet cui monaſterio [c] acquiratur, ſi
cut dixi in ſeruo.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Poſitos in gl. Pꝛo hoc optime facit l. ſi quis ſeruũ.
ſ. de act. emp. Et ita alias reſpondi de iure pꝛout hic dicitur, licet
hanc rationem non vidiſſem hic. Bene facit quod no. in l. a Titio.
ſ. de acqui. here. ⁊ in l. ſi ſeruum. ff. ſi quis omiſ. cau. teſt. in pꝛinci.
vide Imol. qui contrarium videtur tenere in l. ſi mihi ⁊ tibi. §. re-
gula. de lega. j.

b AND. BARB. ¶ Quia ſi aliquis. Et vide Bart. in l. ſi ſeruus
communis ita ſtipuletur. de ſtipula. ſeru. Bald. in l. pꝛima. pꝛope
fin. C. qui admit. ⁊ l. inter antiquam. C. de vſufru. Ioan. in ca. iij. de
cleri. coniu.

ALEX.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

c ALEX.¶Cui monaſterio.Si monachus fuit heres inſtitutus,ꝛ tranſiuit ad aliud monaſterium,cui monaſterio acquiratur, vide quod no.Bal.in l.j.C.qui admit.

LEX IIII.

a **Charte**,[a]Uides hic,ꝛ gloſ.dicit, quod inſtrumēta poſſunt ſcribi in chartis raſis,licet conſuetudo non ſeruet.

ADDITIO.

a ALEX.¶Charte.Poteſt in charta raſa ſcribi.dicit tamen Cy. in l.comparationes. C.de fide inſtru. quod detrahitur fidei inſtrumenti ſcripti in chartis raſis.arg.l.fi.C.de edic.di.quod poteſt procedere quando per raſuram remanſiſſet aliqua cicatrix, alias forte ſecus, per iſtum tex. quid in chartis perforatis, vide Bal.in l.contractus.C.de fide inſtru.

LEX V

SI ſub conditione. De hoc vidiſtis plene in l.ij.§.ſi ſub conditione.ſ.eod.tit.

§.Uidendum. Hic eſt no.caſus.Cōtra hunc §.op. ſecundum hoc videt̃ ꝙ filius ſit deterioris conditionis,quam extraneus: qꝛ filius certis perſonis legata preſtat,extraneus nō.Sol.Intellige de filio inſtituto ſub conditione,in cuius defectum alius fuit inſtitutus quo caſu habet neceſſe venire per ꝯ tab.ſecus ſi in defectum conditionis non eſſet alius inſtitutus qꝛ tunc deficiēte conditione veniret ab inteſtato,ꝛ nemini legata preſtaret.¶Ultimo no.ꝙ licet pēdente cōditione quis petat bo.poſ.tamē non propter hoc quis dicit̃ deceſſere teſtatus:ſed inſpicimus finē,vtrum exiſtat conditio,vel non: ꝛ tunc iudicabimus ſecundū finem,an deceſſerit teſtatus,vel nō.

LEX VI.

1 ☞Bonorū poſſeſſio ſecūdum tabu.an detur cuicunq; inſtituto.

HI demum. Dicitur hic,ꝙ inſtitutus ſub cōditione petit ſecundum tabu.qui eſt inſtitutus vtiliter.Sed contra,nullus inſtitutus ſub conditione,eſt inſtitutus vtiliter.leg.ſi quis ſub conditione.ſ.ſi quis omiſ.cau.teſt.Sol.huius timore quidam reſtringūt omnes leges.que dicunt ꝙ inſtituto ſub conditione datur ſecundū tab. in his,qui poſſunt ab inteſtato ſuccedere, vel per contra tab.l.ij.
1 §.ſi ſub conditione.ſ.eo.ꝛ ſ.l.prox.Sed Ioan.† contra,quia bon. poſ.datur cuicunq; inſtituto: ſed ſi deficit conditio, tunc diſtinguitur inter extraneos.ꝛ filios,ꝛ venientes ab inteſtato.Ad rationem in contrarium reſpondetur,quia quod dicit vtiliter,exponitur ſcilicet a lege, quia niſi obſtaret conditio que ſolū obſtat, non obſtaret aliud impedimētum. Simile habuiſtis in l.iij.§.fin. ꝛ l.ſeq.ſ.de lega.preſtan.

LEX VII.

Cum tabule. No.ꝙ ſi ſint plura ſigilla.ſi aliquod deſtruatur, ſi tamē remaneant ſeptem ſigilla que requiruntur, ſufficit.ꝛ ſic no. qđ ſeptem ſigilla requiruntur,alias non valeret,l.ij.C.eo.ti. Secundo no.quod ſi in teſtamento ſint plures ſeptem teſtibus ſcripti,ꝛ illi qui ſunt ſupra ſcripti,ideſt, vltra numerum ſcripti, negent ſe interfuiſſe,non propter hoc vitiatur teſtamentum. Uidebitis in l.j.in fin.ſ.quemad.teſt.ape.

LEX VIII.

SI ita ſcriptum. In textu,ex parte non determinata,ſcilicet, ex qua parte,ſecundum Dy. alij habent in litera parte ſexta. ꝛ ſic videtur gl.habuiſſe in tex.ſuo.ſed Dy.dicebat vacat, ꝛ ſic debet intelligi,ꝛ legi alio modo,ꝛ ſecundum lec.Dy. litera eſt multum clara,ſed ſecundum lec.prout habes in litera,ſexta, gl. legit
1 alio modo,ſed non applaudit litere.¶Quero†tamen ſecundum lec.gl.ponamus,ꝙ quidam eſt inſtitutus alternatiue ſub duabꝰ conditionibus contrarijs,in diuerſis portionibus.pro qua portione petit bo.poſſeſſionem? Dicit gloſ.ꝙ eſt in electione ſua,petat ex maiori portione,vel ex minori,ꝛ bene dicit.ſed non applaudit huic litere.¶Op.ſecundum lect.Dy.videt̃ ꝙ aliquis ſibimet non poteſt ſubſtitui.l.ſeruum communem.§.Titius. de vulga.ꝛ pupil.Sol.Non obſtat,imo cōcordat,quoniam hic mutatur cauſa quoniam deficiente conditione prime inſtitutionis incipit habere locum ſubſtitutio.Uide gl.in verb.intelligi, que incipit ſcilicet,exiſtente conditione.ibi.ſ.de vulga.ꝛ pupil.

1 ☞Teſtator licet dicat,ſi filius meus deceſſerit in pupillari etate,bona mea deueniant in talem, per hoc non eſt quin ſubſtitutio ſit pupillaris.

a **§.Qui filio** [a]Hic eſt no.caſus,ꝛmenti tenendus.Op. per pupillarem ſubſti. ſucceditur pupillo,vt Inſt.de pupi.ſubſti.in princi.ſed hic dixit mihi heres eſto, ergo fuit vulgaris non pupillaris.Sol.Dictio,mihi, nō obſtat, qꝛ intelligitur,mihi,ſcilicet,per mediā perſonam pupilli.Ita habuiſtis in l.j.ſ.de vulg.ꝛ pupil.ꝛ ibi no.ꝛ ſic no.quod dictio mihi,
1 nil operatur.Et hoc†eſt vtile ad queſt.[b]quam vidi de facto,dicebant verba teſtamenti,ꝛ voluit quod ſi deceſſerit in pupillari etate bona ipſius teſtatoris deueniant in talem. Opp.ꝙ non erat pupillaris qꝛ teſtator dixit tantum de bonis ipſius teſtatoris,
* non de bonis ipſius pupilli,*ſed omnes doc.dixerūt contrariū,[c]
c qꝛ illa verba, bona ipſius teſtatoris, nihil operantur: ꝛ perinde eſt ac ſi non eſſent adiecta,ꝛ ſuccedetur pupillo in omnibus bonis teſtatoris,ꝛ pupilli:ꝛ illa verba nihil operātur,ſicut hic dicitur de dictione,mihi,quod tene menti.

ADDITIONES.

a POMA¶Qui filio.Amplia vt per Pau.de Caſtr.in l.precibꝰ. C.de impube,ꝛ ibi per Alexan.in l.pe.C.eo.tit.

b ALEX.¶Utile ad q.Uerba improprijantur vt valeat ſubſtitutio pupillaris.Idē de iure eſt dicendū,ſi teſtator appoſuiſſet verbum nō expreſſum,ſed tacitū,puta,ſi dixerit,ſi filius meus deceſſerit in pupillari etate,volo ꝙ bona mea vendant̃, ꝛ diſtribuant̃ inter pauperes Chriſti per cōmiſſarios meos,nā hic cōprehendit̃ ꝙ cōmiſſarij accipiant bona ꝓpria authoritate, ꝛ ſic cōprehēditur directa pupillaris,ſicut ſi dixiſſet ꝙ bona ipſius pupilli vēdant̃,per hic no.per Bar.iunctis his que ipſe voluit in l.Centurio,in ver.ſecūda prin.queſtio eſt,quando ſit,ꝛc.de vulga.ꝛ pupil. licet reperiam ꝙ Pet.de Anc.in cōſilijs ſuis videat̃ firmare contrarium eius quod hic dicit.Bar.ſed forte non bene.De hac q. habet̃ per Pau.de Caſt.in l.j.de vulg.ꝛ pupil.vide Bal.in l.precibus.de impub.Ang.in d.l.j.in prin.limitat iſtū §. duobus modis.Adde conſilium Pet.viij.ꝛ vide Bal.conſi.ccccxxxij.lib. iiij.

* CLAV.DE SEISS.¶Ipſius pupilli. Uide per Alex. in l.j. ſ.de vulgar.ꝛ pupil.

c ALEX.¶Dixerunt contrariū. No.pro iudice delegato reſeruante taxationem expenſarum,vt non ſibi,ſed deleganti competat taxatio.ꝛ vide Bar.in l.terminato.C.de fructibus,ꝛ lit.expen.

§.Quidam teſtamentum. No.ꝙ in teſtamēto in ſcriptis,dabitur ſecundum tab.in teſtamento nuncupato dabit̃ bo.poſ.ſecundum nuncupationem,vt hic,ꝛ habetis C.eo. l.ij.tamen ille qui petit bo.poſ.ſecundum nuncupationem.debet facere fidem de teſtamento patris:alias non admittit̃,vt ī.l.prox.

LEX IX.

1 ☞Subſtituto petenti particulam teſtamenti,illa debet dari, cum heredis inſtitutione.

Ut bonorum. Opp.ꝛ videt̃ ꝙ teſtamentum patris non ſit neceſſarium,l.ꝛ ſi contra.de vulga.ꝛ pupil.Glo.dicit. ab initio oportet quod pater faciat ſibi teſtamentum, vt valeat teſtamentum filij. Sed ſi teſtamentum patris expugnatur.diſtingue vt in glo. Ex
1 hoc habes,† ꝙ ſi aliquis petat particulam teſtamenti.vt ſubſtitutus pupillariter: tunc debet ſibi dari a notario cū heredis inſtitutione.Ratio,qꝛ ſubſtitutio ſine inſtitutiōe nō valet.De hoc per doc.in l.fi.C.de preci.Imp. offe.ꝛ l.argētarius. §.j.ſ.de eden.

LEX XI.

1 ☞L.qui duos,ſupra de rebus dub.habet etiam locum, quando deceſſerint diuerſis caſibus.

1 **Cum ex liberis.** Iſta eſt bona lex. no. ex hac lege,ꝙ†l.qui duos,in princ. ſ.de rebus dub.que loquit̃ quādo incertitudo de prioritate, ꝛ poſterioritate emanat propter caſum , qꝛ ambo deceſſerunt vno caſu,habet locum quando deceſſerunt diuerſis caſibus: ſi tamen alias incertitudo emanat in defectū conditionis, dic vt hic.¶Op.ꝙ iſta obſcuritas vitiet ſubſtitutionē,l.duo ſunt Titij.ſ.de teſta.tut.Sol.ibi emanat incertitudo circa perſonas eorū qui non ſunt inſtituti,hic circa perſonas eorum quibus eſt facta ſubſtitutio.¶Item op.ī.de ver.ob.l.continuus.§.illud.Sol.Illa magis cōcordat,qꝛ illud vt valeat ſtipulatio, hic vt valeat inſtitutio.¶Op.de l.ſi fuerit.ſ.d reb.dub.vbi eſt neceſſe ꝙ ſubſtitutio facta per iſta verba,qui ex liberis ꝛc.verificetur per vnum,nō per duos.Sol.Hic ſpeciale.qꝛ defunctus voluit,ꝙ in hereditate vltimi morientis inueniret hereditatē primi.dixi in l.qui duos.in prin.de reb.dub.¶Itē op.de l.eum qui.ſ.ad Tre. Solu.ibi in ſubſtitutione fideicōmiſſaria,hic in directa pupillari.Ratio fuit, qꝛ in hereditate vltimi voluit teſtator reperiri hereditatem primi:que ratio ceſſat in contrario.Dixi in d.l.qui duos.in prin.ſ.de reb.dub.¶Item op.de manu.teſt.l.cum ex pluribus.Sol.vt dixi in d.l.duo ſunt Titij.qꝛ eſt incertitudo perſonarum, quibus aliquid relinquitur,ſed hic inſtituti non ſunt incerti,licet ſit incerta mors pupillorum.

§.Filius. Querit gl.vtrum ſibi poſſit imputari,cur nō miſit procuratorem? Gl.dicit ꝙ nō allegat l.

Bart.ſecunda ſuper Infort. D d

ab hoſtibus.in pꝛin.ſ.ex quibus cau.maio.

1 ☞Capitis diminutio eſt de iure ciuili.
Teſtamentum tollitur ipſo iure capitis diminutione.
2 Teſtes quot requirantur ad pꝛobandum confirmationem teſta
menti,vt adiri poſſit hereditas.

a **§ Teſtamento.** [a] Hic eſt ſubtilis §.⁊ pꝛimo ponit
vnum dictum. Secundo eius limi
tationem. Tertio ponit aliud dictū, quod videtur ſimile pꝛimo.
Quarto aſſignat aliquas diſſimilitudines inter iſtud dictum ter
tium,⁊ pꝛimum.Secunda ibi plane.Tertia ibi,non ſecus. Quar
ta ibi,nec putauerit.⁊ bꝛeuiter h.d. Teſtamentū eius, qui ſe de
dit ad arrogandum,irritatur, niſi poſtquam factus fuit ſui iu
ris,noua voluntate appꝛobetur.Item teſtamentum pꝛimum tol
litur per ſecundum, niſi ſm poſtea incidat vt pꝛimū confirmet,qꝛ
tunc pꝛimum ad excipiendum tantum valebit.h.d. In tex.in fi.
ibi actoꝛi,id eſt,heredi ſcripto in ſecundo teſtamento opponatur
per heredem ſcriptum in pꝛimo poſſidentem , ⁊ conuentum. I
bi eſt matur, ſcilicet,ſi eſt ſcriptus in pꝛimo teſtamento , ⁊ tunc
poſſet contra eum opponere,non alias. ¶Quero, in pꝛima par
te,quare pꝛimum teſtamentum tollitur exceptione? Dicit gloſſ.
1 †qꝛ capitis diminutio eſt de iure pꝛetoꝛio,ideo non poteſt tollere
teſtamentum quod eſt de iure ciuili,ita dicebat Azo.Gl.inverb.
exceptione,repꝛehendit dicens,ꝙ capitis diminutio eſt de iure ci
uili,vt Inſti.de leg.agna tu.§.fi.⁊ edictum de capitis diminutio
ne poſitum in tit.de cap.diminu.non inducit exceptionem ſed re
ſtituit actionem capite minuto.Et gl.dicit exceptione doli, quia
per recentem voluntatem , non poteſt fieri quin arrogatio facta
tenuerit.Hec ſol.non eſt bona,quia in pꝛinc.huius §.non fuit a
liqua recens voluntas,ſed ſolum ſe dedit ad arrogandum. Qua
re dic,ꝙ dicit de exceptione doli,debet intelligi de exceptione fa
cti,ſeu intentionis,quia teſtamentum tollitur ipſo iure,l.j.§.exe
git.ſupꝛa eodem.⁊ ibi no.⁊ ſupꝛa de iniuſto teſta.l.j. Non obſtat
Inſti.qui. mo.teſt.infir.§.non tamen,vbi dicitur,quod non per
omnia irritatur.⁊ ſic tex.ibi dicit,non per omnia , quia poteſt ex
* noua voluntate confirmari,vt ibi.⁊ hic in ſecundo caſu:* qꝛ imo
ille §.hoc pꝛobat,quia cum confirmetur de iure pꝛetoꝛio, appa
ret quod de iure ciuili in totum erat reſciſſum. ¶Secundo que
ro,vtrum omnia que habent,qui dant ſe in arrogationem,in ar
2 rogatoꝛem tranſeant? De hoc Inſtit.de acqui.per arro. ¶†Cir
ca ſecundam partem quero,quot teſtes debent habere iſte litere,
b que confirmant iſtam voluntatem.Gl.dicit,quinqꝫ. [b] Idem not.
C.de codi.l.fi.⁊ no.in l.heredes palam.§.ſed ⁊ ſi noram.ſ. de teſt.
vbi videtur dicere quod ſufficiant duob. Dyn. ibi dicit ⁊ bene.
Quandoqꝫ adhibentur ad confirmandum voluntatem inuali
dam,⁊ tunc requiruntur quinqꝫ,vt hic. Quandoqꝫ adhibentur
ad declarandum voluntatem validam,⁊ tunc ſufficiunt duo , vt
ibi. Dices tu.Quomodo ex voluntate pꝛobata per quinqꝫ teſtes
poteſt deberi hereditas,cum ſeptem requirantur,l. hac conſultiſ
ſima.C.de teſt.⁊ l.cum tabule.ſ.eo.tit. Reſpond.ſufficit, quod in
pꝛimis tabulis confirmatis fuerint ſeptem. Ex illis enim pꝛimis
tabulis agitur,non ex ſecundis,⁊ hoc fit de iure pꝛetoꝛio per bo.
poſ.ſecundum tab.vt Inſt.quib.mo.teſt.infir.§ non tamen. Fa
3 cit l.cōficiuntur.§.ſi poſt.ſ.de codic.Erit †ergo hic caſus,in quo
bon.poſ.ſecundum tab.erit neceſſaria,cum de iure ciuili non poſ
ſit adiri.Alij caſus in quibus bon. poſ. eſt neceſſaria , notantur
per gl.⁊ plenius per docto. C. vnde legi.l.vltima. ¶Veniamus
ad ver.non ſecus.hic innuit.quod idem ſit quando ſecundum te
ſtamentum inciditur,vt reconualeſcat pꝛimum , ſic vt per recen
tem voluntatem pꝛima reconualeſcat:ſed hoc videtur cōtra ver.
nec putauerit.Dicit gl.in verb.non ſecus.inter hunc caſum,⁊ ſu
perioꝛem eſt diſſimilitudo,⁊ ſimilitudo,vt in glo.habes.Sed pꝛi
ma diſſimilitudo non eſt bona,qꝛ per arrogationem,tollitur ipſo
iure,ſicut per ſecundum teſtamentum,vt dixi ſ.Item dicit gl.eſt
diſſimilitudo in ſuſcitatione,⁊ in hoc dicit veritatem:vnde appa
ret ꝙ ſimilitudo eſt quo ad excipiendū,ſed quo ad agendū eſt diſ
ſimilitudo. ¶Op.ad verſ.nec putauerit:dicitur hic, ꝙ hic agit
de viribus exceptionis,non teſtamenti , ⁊ ſic innuit ꝙ pꝛimū per
ſecundum tollitur ope exceptionis.Contra in l.ſancimus.ſ.de te
ſtam.vbi tollitur ipſo iure.Dicit gl.hic non dicit,quod pꝛimum
tollatur ope exceptionis;ſed dicit,quod opponitur exceptio agē
ti ex ſecundo per ſcriptum in pꝛimo, ⁊ ſic refertur ad pꝛoximum.
Alij referunt ad pꝛimum quod non placet , qꝛ hec lec.non apta
tur ad pꝛincipium. ¶Item dicitur hic,quod agenti ex ſecundo,
opponatur exceptio doli.Contra videtur,quod per cancellatio
nem tollatur ſecundum ipſo iure, l.j.ſ. de his que in teſtamento
delentur.⁊ l.ſi ita ſit ſcriptum.ſ.de leg.j. Sol.vbi teſtamentū can
cellatur antequam ſit perfectum,tollitur ipſo iure. Si vero poſt
teſtamentum perfectum tunc non tollitur ipſo iure,vt hic, ⁊ no
ta.in l.j.ſ.de his que in teſtamento delentur. ¶Hic maun,quod
tantum ille,qui eſt ſcriptus in pꝛimo teſtamento, poteſt oppone
4 re exceptionem doli.Contra exceptio doli †ex parte opponentis
eſt in rem, l. ſecunda §. plane, infra de doli exceptione. Solut.
Quedam eſt exceptio doli deſcendens a dolo commiſſo in agēdo,
⁊ tunc loquitur lex contraria.Quedam eſt exceptio doli,deſcen
dens a dolo commiſſo in foꝛma agendi,⁊ tunc non eſt in rem, qꝛ
illa exceptio non competit vnifoꝛmiter cuilibet conuento. Nam
ſi conuentus eſt ſcriptus in teſtamento, cum habeat voluntatem
defuncti ſibi competit : ſed ſi conueniretur extraneus , tunc ſibi
non competit.Si committitur dolus in actione querenda, quia
vnifoꝛmiter committitur contra quemlibet quicunqꝫ cōuenitur,
haberet. ¶Dicitur hic, quod poſſideus habent exceptionem,
quero vtrum contra extraneum poſſeſſoꝛem habeat actionem?
Reſpon.non quia non reconualeſcit , vt detur actio contra ali
quem:ſed datur exceptio poſſidenti.no.gl.ſuper verbo reſuſcita
ri. ¶Quero,quid ſi nemo poſſideret,quis iſtoꝛum duoꝛum debe
ret poni in poſſeſſione ex edicto diui Adriani. Secundus non,qꝛ
tabule ſunt cancellate,⁊ illud edictum habet locum, quando te
ſtamentum non eſt vitiatum,nō cancellatum ⁊c.Sed ponetur in
poſſeſſione ſcriptus in pꝛimo,ſi habet teſtamentum nō vitiatum,
non cancellatum:quia habet potioꝛa iura,vt hic,⁊ pꝛefertur, vt.
5 d.l.edicto.de edi.diui. Adri tol. ¶ Vltimo hec l.facit †ad mate
riam,vtrum quis poſſit opponere de iure tertij? Et quidam tra
ctabant hic,vt do. Ray. Docto.tractant in l. cum ſeruum.C.de
ſeruis fugiti.Dixi plene in l.ij.§.j.de excep.rei iudica.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ §.Teſtamento. Vide Bal. in l.fin.in verſi. Pꝛimo
quero.⁊c.C.vnde legi.⁊ de intellectu huius §. vide etiam Bal.
in l.ſancimus.C.de teſtament.

* CLAVD.DE SEIS. ¶Et hic in ſecūdo caſu. Iſtud verū ꝙ re
quiritur noua voluntas.niſi in eo pꝛimo eſſent inſtituti venientes
ab inteſtato:tunc em̄ abſqꝫ noua volūtate ipſo iure pꝛetoꝛio ſunt
confirmati.tex.eſt in l.poſthumus.in fi.pꝛin.ſ.de iniuſt.rupt.de
clarat Bal.in l.fi.ver.tertius caſus.C.vnde legit. Itē ille qui capi
te minutus fuerat tempoꝛe quo efficitur ſui iuris nō poſſet teſta
ri:tunc enim ad confirmandū pupillarem ſubſtitutionem non re
quiritur noua voluntas:vt volunt Bar.⁊ doct.in l.ſi arrogatoꝛ.
ſ.de adop.⁊ in l.iij.§.j.ſ.de leg.iij.

b ALEX. ¶Glo.dicit,quinqꝫ. Adde Bald.in l.fi,in ver. Pꝛimo
quero.C.vnde legiti.

LEX XII.

1 ☞Heres certa demonſtratione demonſtratus ⁊ certus eſſe debz.

Vt ſcriptus. Ad hoc vt heres poſſit hanc
bonoꝛum poſſeſſionē agnoſce
re,requirit ꝙ ipſe certus ſit demōſtratus in teſtamen
to,⁊ ꝙ certa poꝛtio ſibi deferatur:alias ſecus. ¶Not.
1 †ꝙ heres debet demonſtrari certa demonſtratione.l.iubemus.C.
de teſta.⁊ l.hac conſultiſſima.C.qui teſta.fa.poſ. ¶Secūdo no.vt
valeat inſtitutio,debet eſſe certa poꝛtio inſtituti que ſibi deferat.
Opp.⁊ videtur ꝙ talis inſtitutio non valeat.l.ſi quis ita.de her.
inſti Sol.vt in gl.⁊ pꝛobatur hec ſol.in l.ij.ſ.de here.inſti.Sed ad
hanc ſolu.oppo.de hac l.ver.ꝙ ſi ita.vbi conditio de pꝛeſenti ſit
falſa,non vitiat.Sol. Ibi fuit conditio alternatiua, vna de pꝛeſen
ti , alia de futuro:vnde lꝫ conditio de pꝛeſenti ſit falſa : tamen
pꝛer illam de futuro non vitiatur. Itē videtur ꝙ defectus condi
tionis vitiet.l.ij.§.ſi ſub conditione.ſ.eo.⁊ de cond.inſti.per to.
Sol. Iſta conditio que pendet ex voluntate teſtatoꝛis,ſi non im
pletur,remanet teſtamentum validum.l.ij.ſ.de her.inſti.⁊ l.ſi qs
2 ita.eo.ti.Et erit †pꝛactica.ſi quis inſtituit aliquē in ea parte,qua
inſtituit in pꝛimo teſtamento,tunc iſte inſtitutus eſt bonoꝛū poſ
ſeſſoꝛ ex ſecundo teſtamēto liquidato per oſtēſionem pꝛimi ſicut
a dico in laudo,nam non agitur ex laudo,[a] qꝛ ex ſententia arbitri
non oꝛitur actio.l.j.C.de arbi. Item ſententia arbitri eſt quidam
contractus.l.idem Pomponius ſcribit,alias incipit , ſi de meis.
§.recepiſſe.ſ.de arbi.⁊ ſic agetur ex contractu compꝛomiſſi liqui
dato,⁊ declarato per laudum poſtea latum.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Ex laudo. Vide qđ no. Bar.in l.j.C.de arbi.⁊ in l.ſo
cietatem.§.arbitroꝛū.in queſtio.an ex ſnīa arbitri oꝛiatur actio.
ſ.pꝛo ſocio.⁊ vide Bar.in ſuo conſi.incip.viſa conſtitutione.Ad
Bar.hic,vide etiam no.p eundem Bart.in l.ſi quis arbitratu.ſ.
de ver.obl.⁊ Cy.⁊ Bald.in l.fi.C.de contrahē.emp.⁊ in l.ſi qui ex
conſenſu.de epiſc.aud.⁊ Floꝛ.in repe.d.l.ſocietatem.§.arbitroꝛū.
pꝛo ſocio.⁊ Inn.⁊ An.in c.Quintauallis.de iureiu.⁊ in c.fi.eo.ti.
per gl. Io.and.⁊ adde ꝙ vt plurimū arbitramenta vocātur lau
da,vt per Bar.in d.conſi.inci.viſa conſtitutione,factū ſic narra
tur,viget in ciuitate Camerini.⁊ tene menti, ꝙ licet ex laudo non
oꝛiatur actio,oꝛitur tamen ex contractu compꝛomiſſi,qđ eſt not.

TIT